mala non sit. Nisi dampnandis; Laudat quippe diem mortis
que et philosophi gentium laudauerunt. Ne uideatur dampnare
id quod naturaliter accidit; Mors quippe naturaliter accidit;
Et quicquid naturaliter agitur necessarium comprobatur; De qua
cato; Que si bona non est finis tamen illa illa malorum est; Cum ergo scis clarum est
sit in tua potestate habeant peccare uel non peccare; Cur tamen ant
labi in calcaneo; Maxime cum proposuerint abstinere a pec
cato. Quos ergo iniquitas calcanei circumdedit sub dit inqui
ens; Qui confidunt in uirtute sua gigantes [illegible] siclic et et po
tentes scilicet qui uiribus corporis extolluntur. Siue etiam philo
sophi gentium qui sibi tribuebant quicquid boni habebant et
gloriabantur nimio tumore diuiciarum scientie sue. Possumus et per hos qui in
multitudine diuiciarum suarum gloriantur. iudei intellegi qui cog
nitione diuina et scarum scripturarum sciencia inflabantur. ideoque
in calcaneo corruerunt. Frater non redimit redimet homo. frater
noster dignatur xpistus appellari per susceptionem nature nostre cre
ator et conditor tocius nature. Siue etiam frater dicitur pro eo quod
nos unda baptismatis renatos adoptiuos dei patris reddit filios.
alloquitur ergo propheta iudeos; Uos inquit homo dei dicitis.
quia frater .i. xpistus non redemit nos; Redimet ergo homo .i.
adam uel moyses in quo confiditis. non utique. Non dabit deo
placacionem suam; ab hoc loco perplexa ualde est exposicio.
et ideo necesse est ut ita eam hic accipiamus sicut et a scis pa
tribus traditum habemus; Nam sca scriptura sic est. ue
lut quedam mensa diuersos gustus habens et omnium cibo
rum generibus referta. in qua unusquisque id accipiat quod
ei placet. cassiodorus ergo hoc de iusto aliquo accipit; Non